

folio

LXXX

viuat ⁊ ipse impius mozeretur in iniquitate sua sanguinem de manu tua requiram. Rogemus igitur ⁊c.

*De sano consilio semper audiendo ⁊ contrario abijciendo.*

*Capitulum. cxli.*

**H**ilgetius regnavit in cuius imperio erat quidam miles nomine zedecheus qui uxorem pulchram accepit sed non prudenter. In cuius domo quidam serpens in quadam camera habitabat. Miles vero tormentis ⁊ basiludis frequenter bat zintum quod puenit ad magnam egestatem fleuit amare ⁊ quasi desperatus binc inde ambulabat ignorans quid agere deberet. Serpens videns eius dolorem data est ei vox a deo: sicut quondam asine balaam ait. Cur fles. Fac mihi consilium meum ⁊ post factum non penitebis. Sigillis diebus lac dulce mihi ministra: ⁊ te vitabo. Miles hoc audiens gaudius est valde: ⁊ hoc fideliter adimplere promisit. Statim infra breve tempus vitans est valde: plenum pulchram ⁊ magnas diuitias habebat. Accidit una die quod uxor diceret marito. Domine credo quod ille serpens multa bona possidet in camera in qua iacet confuso ut occidat: ⁊ bona eius obtinebimus. Ille vero ad instructionem mulieris malleum portauit ut serpentes occideret cum vase lactis. Cum vero serpens vas lactis videbat caput extra foramen camere extendit ut lac more confuso lamberet. Miles vero hoc videns malleum extendit ⁊ serpentes percutere volebat. Serpens hoc subito videbat ⁊ caput retraxit ⁊ ictum mallei vas suscepit. Statimque plenum post hoc ⁊ omnia que habuit miles amisit. Ait ei uxor. Deum malum consilium dedi tibi: sed proge ad foramen serpentes ⁊ te in omnibus humilia si forte gratiam per eum obtineas. Percepit

miles ad cameram serpentis ⁊ fleuit ad mare: petens gratiam ut per eum sicut prius ditare posset. Ait serpens. Noto virbo quod stultus es ⁊ tu in stulticia permanebis. Quia non potest esse quin ille ictus magnus mallei ad memoriam sepius mihireniat ⁊ occurrit tibi quomodo plema occidit ⁊ omnes diuitias abstulit. Et sic nulla vera pax inter nos stare potest. Miles tristatus est valde ⁊ ait. Tibi fideliter promitto alio modo contra te mihi velle perpetrare si gratiam tuam habere possum modo. Cui serpens. Ratione natura serpentis est astutia ⁊ veneno plena sufficienter tibi verba meae quod iam mihi occurrit ad memoriam ictus mallei cum tua nequicia: recede ne mihi maius malum contingat. Miles vero cuius magno dolore recessit ab eo. Et ait uxori sue. Ule mihi quod tuum consilium cepimus sum. Et sic semper post hoc in egestate vixerunt.

*De oratione.*

*Capitulum.*

**B**este rex est pater celestis. Miles zedecheus pauper homo nudus de utero matris egressus quod omnes diuitias paradisi per peccatum primi parentis perdidit cum pulchra uxore etiam accepit: de cuius consilio gaudium paradisi perdidit. Serpens nutritus in camera est ipse in corde tuo per virtutem baptismi contentus a quo homo omnia bona recepit: primo filium. id est animam pulchram ad dei similitudinem creatam. Secundo hominem primum dominum mundi. post. Constituit eum super omnia opera manuum marium. Tertio paradysum. Sed cum pater noster adam fuit deceptus consilio Eve per suggestionem diaboli: omnia perdidit. Et sic quilibet homo si sequitur consilium uxoris. id est carnis: amittet omnia. Aplos. Si enim carne vixeris morieris. In baptismo promissum christi ministrare lac. id est orationis innocentie ⁊ deuotionis. Sed grauer

l iij